Reflexiones super Substantiam Instructionis Româ ad Illmum Nuntium Aplicum in Regno Poloniæ missæ circa Negotium Regularium Abbatiarum Regni.

Lit. A.

Rationes Status excludentes Propositiones insinuatas respectu Abbatum Claustralium de novo eligendorum.

Paterna Sanctitatis suæ erga S.R. Mtem & Rmpblcam Regni Poloniæ contestata benevolentia et sollicitudo in tollendis disputationibus sæculo [illegible] exortis circa Negotium Abbatiarum Regularium, in perpetua ejusdem S.R. Mtis totiusq Reipublicæ perennabit memoria.

Hæc tamen ad informationem insinuare licet: Quod Regulares qui sibi libertatem eligendi Abbates prætendunt, eandem lege Regni hujus sibi concessam esse non probant, et quamvis Statutis Regni titulo Abbates Herburt in Librum seu Codicem suum colligendo Leges Regni folio 1mo & 2do quasdam literas olim Volis Alberti Abbatis, et Fratrum Lubinensium de Anno 1460. ac Rndi olim Andreæ Episcopi Posnaniensis eodem Anno scriptas ingrossavit. In quibus literis Electionis et Electi sit mentio quodq Electum Regi tanquam Patrono de jure et consuetudine præsentare se teneri fatentur. Illæ tamen literæ pro Lege Regni Electionem concedente reputari non possunt, tanquam non a Rege, nec a Republica datæ, et magis ad cautelam defensionis Juris Patronatus Regij & Reipblcæ contra Regulares in hunc Codicem Legum sunt adscriptæ, quam ut aliquam Legis

Authoritatem

Authoritatem vel confirmationi
sui hac in parte habeant.

Umbram tamen et nomen
Ceremoniam Electionis Abbatum
habuerunt semper et habent Re-
lares et Monachi ex tali Causa.
Quia occurrente Vacantia Abba
Reges ex usu, praxi, et consuetu-
ne a ducentis quinquaginta an
et ultra (uti scripturae testantur
solebant, et solent dare Literas
Monachos et Religiosos, nomina
et praesentando ipsis Personam
sive in Religione, sive extra Reli-
gionem existentem, sibi et Regno
meritam, proficuam et gratam
cum mandato, ut hunc et non al
in Abbatem eligant, mittit etiam
aliquando Rex suum delegatum
ad Monachos et Regulares cum
stantia civiliter cum ipsis proce-
dendo pro nominato et praesenta
et non alio eligendo, dat quoque li-
teras ad Loci Ordinarium, ut Di-
em Electionis Nominati et prae-
sentati Monachis seu Religiosis
praefigat. Quod si autem contigisset
quod alium et non Nominatum
seu praesentatum eligerent, talem
Electum Reges adire possessionem
nunquam patiebantur, imo etiam
per Vim exturbabant, uti docent
exempla.

Et quamvis aliqui Regulares
pro suis Conventibus Speciales
Privilegia liberae Electionis ab
tum a Regibus nonnullis, se im-
petrasse et obtinuisse asserunt

ea

ea tamen si data habent, nihil ipsos adjuvant, Quia non est in potestate Regum Jus Patronatus demittere, cum quisq Rex per Pacta conventa et Juramentum suum est obligatus, se Regalia non alienaturum.

Et Impetrator quisq Beneficiorum Juris Patronatus Regij, omnium bonorum Mobilium et immobilium Secularium et Ecclesiasticorum Confiscatione punitur juxta Statutum Alberti Regis A.o 1496. Herbur folio 251.

Et si qui Spirituales Jura Patronatus sibi obtinuerint, ea obtenta cassavit Rex Sigismundus Augustus Anno 1550.

Et exinde venit quod Michael Rex accepta notitia, quod Religiosi Pramonstraten. Ordinis, Privilegium a Joanne Casimiro Rege Ante ejus Abdicationem Regno super Libera Electione Abbatis Hebdovien. impetrassent, et in Virtute Privilegij taliter impetrati Vblem Justrolski in Abbatem sibi elegissent, statim hoc Privilegium non solum Rescripto suo de Data d. 5. Februarij A.o 1670. revocavit, sed etiam subsequenti Anno 1671. Decreto suo Electionem ejusdem Vblis Justrolski cassavit, et in locum illius Rdum Olszewski in Abbatem nominavit, et in possessionem hujus Abbatiæ introduxit.

Pariter idem Rex Michael accepta notitia de alijs Privilegijs ab eodem Joanne Casimiro et Vladislao

Quarto

Quarto Regibus per Regulares Conventuum Lundensis Coprzyunicensis Andrzejoviens impetratis eadem Privilegia ipsorum Decreto suo cassavit Anno 1672. uti Acta Decretorum Curiæ Regni edixerunt.

Et non solum Reges, sed etiam cum Regibus simul et Rempublicam dispositiones de Abbatijs pro jure Supremi Dominij fecisse Leges Regni testantur Dum Abbatias duas uni personæ conferre et Episcopatibus cui jungere prohibuit. Constitutio Regni Anni 1607 folio 837.

Et rursus aliter Reipublicæ placuit, quando declaravit Abbatias posse tenere Archiepiscopum Leopoliensem et Episcopos Premysliens. Samogitiæ Chełmens. Kijovien. Camenecen. Venden. Constitutio Regni Anno 1633. folio 28.

Episcopo Luceoriensi pro tunc Illmo Prazmowski Abbatiam Sieciechovien. adjunxit Constitutio 1650 folio 28.

Episcopo Culmensi Abbatiam ex primis Vacantijs conferre promisit. Constitutio 1667. folio 15.

Et ne Coadjutoria Abbatiarum Minorennibus conferantur præcavit et prohibuit Constitutio Habitantiarum Michaelis Regis Anno 1669.

Sunt et alia Leges Regni de Abbatijs conditæ exempli gratia Abbates Nobiles sunto. Reges ad Abbatias bene meritos præsentent

Episcop

Episcopi post fata Abbatum Abbatias regunto, et a Rege præsentatos instituunto etc.

Quæ Regum et Legum Regni dispositiones de Abbatijs suam semper executionem habuerunt, nunquam illis Regulares et Monachi contradixerunt, nec in usu Privilegiorum suorum prætensæ electionis aliquando fuerunt.

Sciendum autem venit quod Abbatiæ suppleant indigentiam Episcoporum et Ministrorum Status aliorumque Officialium Curiæ Regni Spiritualium non otiose sicuti Monachi privati vDiventium, sed munia Senatoria obeuntium Curam Diœcesium suarum habentium, functiones varias publicas pro commodo totius Rpbcæ et Ecclesiarum sustinentium.

Item sciendum venit, quod Religiosi seu Regulares et Monachi teneant pinguia beneficia exempli gratia Regulares Lervenens Conventus, Varsavien tenent Præpositum ad S. Georgium importantem circiter Decem millia floren pol. Blonen Annui reditus, itidem Decem millia floren polon facientem Krasinensem Octo millia flor polon importan, et præterea Religiosi hujus Conventus tenent Parochias Seculares, in quibus manent, et pauci resident in suo

Conventu

Conventu lautissime viventes, et
sic de alijs Abbatijs censendum.
Si itaq Claustralem Abbatem fove-
re vellent, uti ipsum desiderant,
haberent, unde ipsi de mensa pro-
videre possent, si hos reditus, quos
particulares Personae Regulares
percipiunt, et nescitur in quos
usus convertunt, ad communi-
tatem suam comportarent, vel
saltem medietatem horum redi-
tuum Claustralibus suis Abba-
tibus darent, †

Praeparatio Conventus et
Ecclesiae sufficiens potest esse ex
Bonis Claustralibus, quae te-
nent Iidem Religiosi in Regno.

Nihil novi Rex et Respublica
praetendit, sed id defendit, quod
sui Antecessores per aliquod cen-
tena Annorum possederunt, su-
premum Jus Imperij in Regno
suo habendo, et moribus anti-
quis procedendo.

Ego autem, quod Monachi,
et Regulares promovent esse
novitas, quam si a Sanctissimo
(ultra spem) obtinere deberent,
Regis et Reipublicae dignitas depri-
meretur, Senatus Spiritualis
gravitas minueretur. Tribu-
nalis Regni Authoritas. cui Spiri-
tuales Praesident et Assident atte-
nuaretur. Aula Regia prae-
miandi

† quorum tamen de novo institutiones ex nominibus suppra abbatijs et abbatissis ullatenus ex parte Regis et Reip. [illegible] non possunt in praejudicium Juris Patronatus et Abbatiarum Commendatarum

mirandi modo destituta, a Spiri-
tualium aſsistentia desereretur,
et publico eorum Obsequio pri-
varetur, tranquillitas Rpbcæ
turbaretur, et alia insperata
Consequentia Noxiva Rpbcæ, et
Ecclesiæ in libero Regno ex tali
novitate conceſsa, et moribus
Antiquis alteratis facile sub:
sequeretur.

Itaq Rex et Rpba supplicat
Sanctiſsimo, ne has novitates
Monachis et Regularibus con:
cedat, quia ulla ratione Rpbca
a moribus Antiquis recedere,
et novitatibus adhærere non
poterit, nec potest.